

faciendū videtur. Vnū tamen oībus  
indubitanter sedirū est vt scilicet nec  
ex reuerentia desideriū et spem exclu-  
dam⁹ nec rutsū ex spe et desiderio  
relinquamus reuerenciā et timorem.  
sed inter vtrumq; affectū mediū fluc-  
tuemus aliquā plus de uno habentes  
aliquā plus de alio. Ait em̄ btūs Gre-  
gorius Nihil em̄ nobis securius q̄ sub  
Ipe semp timere. Affectus tñ amoris  
absolute loquēdo excellit. Sed qđ ab  
solute est melius in casu fit et est mul-  
tis periculosius magis q̄ timendum.

**D**e passione dīmca et de tribus in  
quib; homo debet se exercere circa  
passionem xp̄i . " Capl . xxxij .

**A**dam ad montem mirre. Et tu  
homo dēuote si montem mirre.  
id ē amaritudinē p̄mittencie p̄ carnis  
mortificacōnem vis arripere atq; p̄ ti-  
more et spem ad montē & ascensionē

h iii

puritatis vis ascendere. nihil tibi vt  
lius quā vt non nunq̄ mirra primā  
de morte saluatoris tui studeas colli-  
gere. **I**nde em̄ tibi mirra amara timo-  
ris p̄seruans a putrefactione viciose  
delectationis dum vides dñm tuum  
ascendisse montem mirre id ē monte  
caluarie vel magnitudinem pene xp̄e  
peccata tua sustinuisse. **I**nde tibi non  
nunq̄ econtra spes et deuotio et vn-  
guenta precia fissa timoris amoris  
gratitudinis cōpassionis et huiusmōi  
emanabunt. **I**gitur vt te labor nō ter-  
reat amaritudo non deiciat spes tra-  
hat. deuocio allicit. gratitudo amor  
et cōpunctio cogant ascendere mon-  
tem puritatis prius vade speculando  
ad xp̄m qui non incōgrue potest dici  
mons mirre xp̄ter amaritudinem pas-  
cas acerte. **D**ebes autē primo ad ip-  
sum ire deuote passionem suam velut

intra am primam vniuersitatem colligendo  
et cordi tuo imprimendo. Et hoc sit dum  
christi passionem circumspecte morose et  
deuote ruminas. diligenter ad litteras  
seu secundum sensum verborum speculando  
**S**ed debes ad christi passionem tamquam  
mirram ire et inde aliqua ad tuas uti  
litatem trahere sive medicinam contra  
vulnera passionis sive exempla virtutum.  
**T**ertio debes ad ipsum ire et ex illa  
intra prima mentem tuam ad deuoci  
onem pungere et amorem inflamare  
et te ipsum promptum efficere ad omnium  
tolerantiam tribulacionum. **V**t autem  
christi passionem ad litteram deuote  
relegere valeas et circumspecte dirigi  
gere scire debes quod taliter meditatio pas  
sionis domini simpliciter ad litteram. id est  
simpliciter facta et gesta et penalita  
tes christi in passione considerare inax  
ime induit compassionem et deuocores

ad christum ex cōpassione. // Ut autē  
melius cōpassionem et deuocōnem ex  
huiusmodi meditacōe elicias . debes  
sumope hoc qd̄ p̄us dictū est attendē  
ut semp xp̄m quo lucid⁹ poteris vnā  
p̄sonā cōpias quē deū et hominē esse  
et fuisse non dubites . Cum igit̄ legis  
xp̄m talem penā sustinuisse vel sic et  
sic respondisse vel tacuisse . cogita sp̄  
et in cōceptu sic forma ut nomen Ihe  
sus tibi deum et hominē rep̄sentet et  
sic xp̄m deuocaus et maiori reuerencia  
alpicas multoq; amplius cōpatieris .  
Si enī humano affectu bruto animali  
compateris int̄ense afflito . quanto  
magis cōpatereris christo si eum nō  
solum ut hominē p̄issimum dulcissimū  
mitissimū nobilissimū amantissimū gra  
tiosum et decorū in cōceptu assumēs .  
verum insup ut deum omnipotētem  
metuendum . reuerendum . adorandū

Utaut  
cōnēm ex  
debes  
ttendē  
tis vñā  
mē elle  
legis  
sic et  
itas p  
In Jx  
et et  
enda  
tis.  
mali  
anto  
m no  
lūm  
gra  
nes.  
item  
panū

creatorem et iudicē tuum mētis tue  
oculis rep̄sentares. Secundo vt xp̄o  
amplius compatiaris et penalitates  
eius medullitus animā tuam gladio  
doloris transuerberent debes xp̄m in  
quīs pena cōstitutum nō solum respi  
cere quasi exterius sūmo dolore afflic  
tum. sed eaā sūmopere eum diligen  
tissime interius cerne omni dolore re  
pletū et absinthio vniuerse amaritu  
dimis inebriatū. Primo igit̄ quoq̄ es  
legis aliq̄ penalitatē vel aliqd obpro  
briū christo illatum. non per illud ita  
accipias christū passum et sustinuisse  
sicut si aliis aliquis homo per eandez  
penā sustinuisset. sed indicibiliter alic̄  
et amplius vltra omnē hominē. Cuius  
causas debes in corde diligenter col  
ligere qm̄ sunt multū ad cōpassionez  
motive. Igitur notū est tantū p̄scise  
vñiquēq̄ aliq̄ pena sensibili torqueri

et affligi quādplus aliquis sensuum  
illam penam tamque sibi mēouementē  
sentit Sed et iterum non est dubium  
sensus alicuius hominis tantoplus et  
titius penam sentire et ex eadē quodque  
quāto sensus illius hominis fuerint vi-  
uacōres Xps autem natura viuacissi-  
mus et cōplexiomis dignitate nobilis-  
simus extitit ideo maximam sustinuit  
penalitatē vltra quēuis aliū hominē.  
**V**ide ergo si est aliquis dolor similis  
sicut dolor eius Cogita ergo si tibi vel  
alteri tenero homini itolerabilis esset  
pena caput spinis pforari totum cor-  
pus acerrime flagellari & cō quātoma-  
gis ihesu christo homī et deo fuit illa  
pena grauissima in natura sua nobili-  
et delicata. Scđo christus paciebatur  
tantū quantū voluit Nam scđm euā-  
gelistam ihesus turbauit seipsum non  
passio sed ipse seipsum Item oblatus

est q̄ voluit. Sed q̄ christus passionē  
suam assump̄it pro satisfactione origi-  
nalis criminis qd tantum fuit vt totū  
genus humanū iusticia originali sp ol̄  
aret et ipsam naturaz inficeret et et  
na beatitudine spoliaret. et itē assūp  
sit passionem et mortem vt ipse esset  
hostia sufficiēs p omnibus hominib⁹.  
et quia dei pfecta sunt opera. vide  
omnino q̄ christus assump̄it mortez  
amarissima; Vnde Jeremias. O vos  
omnes qui transitis p viam videte si  
est dolor similis sicut dolor meus. ac si  
dicet nequaq̄. immo dicunt doctores  
q̄ dolor eius et passio fuit adeo acer-  
bissimus et afflictius q̄ excederet do-  
lores omnū hominū quos ab inicio se-  
culi passi sunt vel passuri. Preterea  
tercio nō modicum auxit christi dolo-  
rem q̄ hanc passionem a tali populo  
sustinuit cui tot beneficia cōtulit. cui

merito dicere potuit. Popule me⁹ qđ  
ego deus tuus quid p te facere potui  
et non feci. tu vero quid michi peius  
repēdere posses quā qđ acerrimā mor  
tē inflixisti. Vnde ppter ea cōpatiens  
huic pplo orabat. Si possibile est tran  
seat a me calix iste. id est ab hoc pplo  
infligendus ut quidā sancti voluerūt  
**S**ed et passio xp̄i fuit in omni mēbro  
in omni sensu manus gracie pforate  
**C**aput sp̄matuz. totū corpus flagella  
rum & c̄ sicut potes p singula currens  
studiosus pscrutari. Itez eius passio  
fuit obprobriosissima derisione confu  
sione scandalō sputacēne. capitis vela  
cōne plemīssima ut nūnḡ file legisti.  
et hoc ex maxima inuidia pharizeorū  
**II** Itez ut melius amaritudinē passio  
nis christi sencias hoc habe p regula  
ut quoc̄ euāgelistā ponit absolute  
aliquaz penā christo inflictam. adde

tu in corde valde vel maxime vel seue  
rissime et ceteris ut verbis gratia. Percussit  
eum seruus pontificis cogita tu valde  
grauiter sicut dubium non est. quavis  
certi gradus percussionis vel afflictio  
nis scire non poteris. // Aduerte nunc  
eciam et diligenter in corde colloca cau  
sas afflictionum et dolorum interiorum  
christi quod forsitan sensibilem penam pre  
tellebant. Nec autem interior afflictio  
surgebat primo ex feruido zelo Christi pro  
humano genere saluando. Pro quo  
tamen ad maiorem partem passionem  
suam videbat infructuosam et inutilem  
licet pro omnibus esset sufficiens et super  
habundans non autem efficiens propter  
maliciam multorum. Item habuit max  
imam compassionem cum sua matre  
benedicta omnibus amatitudinibus  
repleta. Item grauabatur interior  
pena Christi ex miseratione iudeorum.

Itez ex dolore discipulorū et peccato  
precipue iude . Itē ex nostra cecitate  
et ingratitudine p q et fleuit sup iher  
usalē dicens . Si cognouisses et tu  
&c . Ecce nunc pio oculo respice xp̄m  
in passione sua constitutū . Lege eius  
passionem et respice eum non solum  
exterius afflictū . sed interius exteri⁹  
qz totum dolorosum totum afflictum  
et amarissimis doloribus repletum .  
Et valde mirandū est si ita respicias  
deum et hominez afflictum et tantis  
tribulatiōmbus circumdatum et non  
moueris affectuosa compassione . De  
scdo autē quomodo tibi vtiliter pas  
sionē christi assumere debes ad fruc  
tum et vtilitatem ad imitacōnem scz  
virtutū vel fugam viciorū debes sum  
mo coniamime ad hoc affectū et intel  
lectum tuum dirigere vt in omnib⁹  
gestis verbis et responsiōmbus xp̄i q

in historia legis passionis domini sentire  
possis quomodo christus se habuit in  
terius et exterius . quomodo iudei pi-  
latus et herodes . maria mater domini  
maria magdalena p loco et tempore  
se habuerunt interius et exterius Et  
sic inuenies in christo passo omnium  
virtutum copiam et contra omnia vicia  
summa medicamina Verbi gratia . cu  
legis Stetit ihesus coram pontio pilato  
preside Cogita primo modum statim  
quomodo christus se habuit exterius .  
quia inclinato capite oculis in terraz  
demissis et sic de alijs moribus humili-  
bus . Similiter cogita de respensione  
eius et de modo proferendi verba q  
humiliter q leuiter et pie protulit .  
Cogita de modo quomodo se habuit  
interius in his omnibus et inuenies  
eum absq rancore absq iuidia absq  
impaciencia humilem et intem corde .

Sic cogita de modo quomodo se habuerunt iudei exterius quia horribilitate et  
puerse magnis clamoribus et durissimis vocibus eum accusantes. clamantes  
**N**eus est mortis Crucifige crucifige eum. Si non esset hic malefactor non  
tradidissemus eum tibi et sic de singulis.  
**C**ogita de modo quomodo se interius ha-  
buerunt. et inuenies quod ex inuidia stri-  
debant super eum dentibus suis et mo-  
uebantur contra eum ex magna inui-  
dia et iracundia. // Sic cogita de bea-  
tissima virginem maria et magdalena.  
quomodo se habuerunt in mortibus exte-  
rioribus quod dolorose non tamen inordi-  
nare et incomposite maxie dei gematrix  
que virginem maliter peccauit per aliquem  
ex ordinationem. Cogita modum quo  
se interius habuerunt et inuenies max-  
imum dolorem et summam tristiciam. Et si  
ista bene tractaueris inuenies in Christo

2000 00000 00000 00000

• 1

ommū virtutū sumimā et cōpacēndi  
materiā et debita mēdicamia vītor  
¶ Tercio quō ex mira passiōis dñce  
possis mentē tuā tamq̄ pīngui deuoci  
one ex adipe mungere et ad caritatē  
affectum tuū inflammare debes cogi  
tare q̄ tu homo es causa tāti doloris  
tante amaritudis. Itaq̄ vt sup̄dictū  
est attrahe tibi hoc beneficū q̄si p̄ te  
passus sit solum christus. et inde gra  
titudo oritur tibi. Nam passus est xp̄e  
tuam illuminacōnem. redempcōnem  
iustificacōnem et glorificacōnēz. xp̄e  
tuam illuminationē vt seqreris exem  
plum eius et intellectus tuus illumina  
retur in cognitōne veritatis. Igī oīa  
q̄ legis xp̄m fecisse. attrahe tibi q̄si xp̄e  
te solum facta. et cogita semp quasi  
xp̄us dicat tibi. hoc feci vt seqr̄is me.  
pter tuā redempcōnēz q̄i xp̄e pecca  
tum origīnale eras p̄petue dāmnat⁹

i 11

Cogita ergo quā graue est peccatū  
tuum ppter qd expiandum tantū exi-  
gitur medicamentū tantū precium.  
et inde tibi nascit̄ timor et horror pec-  
candi & c̄ns. ppter tuā iustificacōem  
Inde gratitudo oritur q̄ tantū voluit  
pati vt tu dignus posses haberi iusti-  
ficacōem dei. ppter tuā glorificacōem  
et inde maxie tibi exurget amor q̄ ille  
qui te non indiguit nec bonor̄ tuor̄  
eget ppter tuam gloriā tanta voluit  
sustinere. Sed q̄ homo hunc montez  
mirre id ē magnitudinē amaritudis  
non potes simul in corde colligere vel  
apprehendere sed necesse est vt succeſ-  
sive per exercitium recolligas et conti-  
nue in corde reponas Ideo pro facilitati  
tuo exercitio passionē christi sub bre-  
uib⁹ pticulis hic ex euangelio collec-  
tis anneximus p lucro meditacōnum  
et āmīnq̄lo exercitorum.